

**Landesbibliothek Oldenburg**


**Digitalisierung von Drucken**

**[Die Schlacht bei Heiligerlee]**

**Aitzing, Michael**

**[Köln], [zwischen 1590 und 1620]**

[urn:nbn:de:gbv:45:1-296329](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:45:1-296329)



1568		TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA	
TEMPORA		LOCA	
	IN superiori consilio quo comes Arenbergius perijt, non procul à VVijnshoren, Regijs adempta sunt sex magna tormenta multa pecunia militi persoluenda, plerag. alia. Sicutiq. victoria ab illis qui cum N. assensu erant non tam virtute sua militari, quam temeritate regionum qui equitum aduentum sustinere noluerunt, vnde auctores huius temeritatis, Albano iubente penas luerunt.		
I 24. Maij	IN Geldriam venit quidam Comes, cum duobus equitum & quatuor pedum millibus: sed ea regio ita erat ab Albano, comente & praesidijs communita, vt nihil sibi ab hostibus, iam se quotidianis ad eos accessiones fierent metuendum existimarent.	15 a VVinfcho ten.	
	AVRIACVS interea quorundam ope & opibus adiutus, conscribit ad novem millia equitum, pedum quindecim. Non latebat Albanum quid Princeps moliretur, & qui hinc inde fierent concursus armorum hominum itaq. Hispanos sepe omnes misit Namurcum, duo millia pedum, & equites quingentos Traiectum superius, Comitum à Bossu Hollandiae praefectum, ad alia tuenda loca.	ii n Namurcu.	
	PER id tempus nihil ferè bonimim sermone ferebatur, nisi de proditiõibus & clandestinis Machinis Indies tum aperiebatur noie machinationes. Captus quidam Antuerpie est, qui pecunias claregebatur, vt seditiones excitarentur, Prodidit hoc Germanus quidam, cui eam in rem duplex stipendium promiserat.		
	BRUXELLIS quoque, & alijs locis, libelli impressi spargebantur, quibus provincialium animi in Hispanos excitarentur. Diligens autem inquisitio fiebat, vt auctores eorum reperiri possent.	15 l Traiectu super.	
	FODEM serè tempore, edixit Albanus Dux, vt quicumque Religionis causa è Belgio profugissent, in Belgium redeant, siue se à Magistratu singulari reperi, contenti alioqui bona sua omnia amitterent, & perpetuo exularent. Sed quod omnes pelli sua metuerent, nemo comparuit. Princeps autem Auriacus & omnes alij, qui ad citationem, de qua supra, non comparuerunt, declarantur <sup>2</sup> rei, criminis lesæ Maiestatis, & bona illorum confiscantur.	to k Anuerpia.	
2 28 Maij	ILLA Comitibus Arembergij, vt i sae frenu cades, confederatorum causam nequaquam fecit meliorem. Nobiles enim magno numero captiui, & conuersionis nomine damnati, inter quos erat Battenburgici Barones Fratres duo, Dandelot, Dauchy, Villers, De Dieu, Triest, Carls, alijque, quorum nomina referre nihil esse necesse duximus, nomine conuersionis damnati, Bruxella in foro equorum, ad supplicium producti, capiteq. multati <sup>1</sup> exortam inauspicata confederatorum flammam, errore suo resinxerunt, penasque violatæ Religionis sanguine suo dependere. Erat aut confederatio quam subscripserunt de verbo ad verbum ex Gallica lingua in latinam translata, talis.	to l Bruxella.	
	CONFODERATIO		
	ALBANO DVCE LEONEM		

1568.		LEONIS BELGICI DESCRIPTIO	
TEMPORA		LOCA	
	DUX Albanus, cum certis nuncijs accepisset, Germanos facta in Gallijs pace, reditum parare in Germaniam, sed constituisse prius Belgium inuadere, confestim mitti versus Leodium, Hispanos & Italos equites omnes, cum pedatu Gallia cisalpina: curat etiam notas conscribendas copias.		
I 18 Aprilis	PRODIIT tum quog, in lucem, venisse quosdam Leodium & sub vestibus gestasse arma, quibus eius vrbs & episcopum, & clerum omnem perirent eorumq. facultates diriperent, vsq. illis ad debellandos Hispanos, sed capti omnes penas didere.	15 m Leodium	
2 22 Aprilis	INITIO mensis Maij comperit Albanus, magnam Germanorum manum per Mosam in Belgia iter intendere <sup>2</sup> Contra illos misit aliquot signa pedum & equites quingentos, qui hostes in fugam compulerunt, caesis mille quingentis, ex regijs quadraginta desiderabantur. Sed tamen pergebant illi non parum successere negotij, p. serim vicis & pagis.	15 a Dam. Veda.	
	LVDOVICVS comes Nassouius, Frater Auriaci Principis, cum tribus equitum & decem pedum millibus in Erisiam irrupit <sup>3</sup> occupauitq. Dammum & Vedam, Groningam obsidione cinxit. Aiebat se arma capisse ob Religionem tuendam, proscriptos restituendos, & Reipub. commodis promouendis. Symbola eorum, qui sub illo merebant erat: AVT RECUPERARE, AVT OCCVMBERE. Imperator Maximilianus eos reuocare conatus, nihil effecit.		
3 20 Maij	ALBANVS lustrato suo exercitu, perduxit Germanorum & Hispanorum pedum signa octoginta, & Burgundionum alia quadraginta, & aliquot signa equitum. Exijs Comitum Arembergium, Phrisie Gubernatorem cum magno iberorum veteranorum comitatu, Duce Brachamonte praemissi, vt Ludouici comitis dissiperet exercitum, eumque è Frisia profigaret, qui quidem Arembergius, ob locum minus propitium, consiliatum cum Nassouio Ludouico infeliciter & iniquo loco conferebat, iuxta Heiligerlocum Geringeris territorij pagum conuenit, cadit eadem pugna similiter & Adolphus Nassouius Frater Ludouici. Qui certior factus de Aduentu Regij exercitus, leui primum certamine vsq. in noctem cum illis congressus, Dammum se contulit, eadem nocte cum omnibus suis. <sup>4</sup>	14 b Groninga	
4 23 Maij.	REGII, cum putarent eos hærere in loco, vbi pridè conflixerant, mane alterius diei, ad illos contendunt, sed nemine reperio, vbi tandem didicere, quem ad locum profecti essent, eos insecuti sunt. Ibi cum illi in regios, quorum equitatus necdum aduenerat, impressionem faciunt, eosque in fugam vertunt, caesa tribus Hispanis ducibus, & plerisque alijs regijs viris. Cæsus est & ipse Comes ille Arembergius, vt dictum est. <sup>5</sup>		
5 24 Maij	SUPERVENIT post horam Curtius Marinengus, Comes, cum multo equitatu, cuius aduentu regij recreati, ad hostes redeunt, Groningam magna arte, quatuor pedum Arembergij, & totidem Germanorum signa, cum leuis armature equitibus introducunt. Multum sanè intereat, vt ea vrbs bacratione communitur, propter sediciosos, qui iam comouere se caperant.	15 b Heiliger locum.	
	PHILIPPI REGIS NOMINE GVBERNANTE		XXXVI.

ALBERS 187

Karkno240

Wynschoten